congredientē nos chaldm̄ · cooperatōem nobis tui
sc̄i sp̄s fieri · Stupens uͦ dei sacd̄os in fide eī · reu
sus est cū ipis in scām ciuitatē · Annuali aut̄
tēpe inibi cōmorantes · cōmuni sententia uene
rūt antiochiam ·

At basilius a miletio tūc ep̄o ibidem · in diaconij ordine cōsecrat9 · publicos ser
mones interpretans · ab omib; admirat9 est · Non
multo post aut̄ uenit simul cū eubolo in
palestinorū regionē · et descendens intrare cesari
ensiū ciuitatē · p uisionē noctis reuelata sunt
ē q̄ ipī ciuitatis eusebio noīe illoꝝ p̄sentia ·
et quia debet basilius successor ei fieri · Is aut̄
excitat9 · aduocat p̄ncipē ecctīasice ministratō
nis · et quosdā reuerentiū cleri · et misit eos
ad orientalem plagam ciuitatis · dicens eis
uisionem · Venientes g̃ ad portā · obuiauerīt eis
introeuntib; · Quos uidentes et agnoscentes · post
ulauerīt adire ep̄m · Et uidens eos intrantes
ep̄s · stupefact9 in similitudine uisionis · deo
grās egit · Interrogauit ē eos unū uenirēt · et
quo uocāt̄ · et que essent eoꝝ appellatōnes · Et
edoctus dixit ministris · que ad refectionem
sunt eis tribuere · Qui ducentes eos in insig
nē cenam · que ad curā ē · obtulerūt eis · In
ipā aut̄ hora uocans sanctissim9 eꝑs cleri
ac ciuitatis · narrauit eis que a dō illi reue
lata sunt · Qui una uoce dixerūt · Vere
et istud dignū ē munde uite tue · diuino
decreto reuelari tibi post te debentē teneri ep̄
am sedem ornare · Vn̄ nichil dubitans · fac
quod tibi uidet̄ · Qui aduocans basiliū si
mul cū eubolo · cepit cōsidare cū eis scripturas ·
Admirans aut̄ pelagus adiacentis in eis sapi
entie · et habens eos dext̄ leua q; sustentato
res · nō multo post de uita transiit ep̄s ·

Conuenientes g̃ ceti ep̄oꝝ sancti sp̄c cooperantē ·
elegerūt basiliū ad ep̄at9 sedem · Et consecra
tus · gubernabat ecctiam dei prudentia · Post
quedam aut̄ tp̄a · postulauit dm̄ ut daret
illi grām et sapiām atq; intellcm̄ ꝑ ipis ser
monib; offerre in sanguine, sacrificium illi · et
uenire sup eū sci sp̄s aduentū · Post dies u
sex · sicut in extasi factus · aduentu sci sp̄c sep
tima die apprehendente · cepit ministrare deo
p singl̄os dies · Et post aliquod tp̄s plenus
fide et oratōe · cepit ꝑpa manu scribere minist
riōis misteria · Atq; in una nocte adueniens ei
dn̄s in uisione cū ap̄lis · et ꝑpositionē panis
faciens in sc̄o altari · excitauit basiliū di
cens ei · Sc̄dm̄ tuā postulatōem repleatur
os tuū laude · ut p ꝑpos sermones in sanguine offeras ·
iu sacrificiū · Qui nō ferens ocl̄is uisionem ·
surrexit cū tremore · Et accedens ad scm̄
altare · cepit dicē scribens in carta sic · Repleat̄
os meū laude · ut ymnū dicat glie tue dn̄e
ds̄ q creasti nos · et adduxisti in uitā hāc · et
cetās oratōnes sci misterij · Et post finē ora
tionū exaltauit panē · sine intermissione orans
et dicens · Respice dn̄e ihū xp̄e ds̄ nr̄ · ex sc̄o
habitaclō tuo · et ueni ad sanctificandum
nos · qui sursū patri consedes · et hic nobis in
uisibilit̄ coheres · dignare potenti manu
tua tradere nobis · et p nos omī ꝑplō sca scis ·
Populus respondit · Vnus sanct9 un9 dn̄s ·
ihc xp̄c · cū sc̄o sp̄u · in glā dei patris amen ·
Et diuidens panē in tres partes · unā quidē
cōmunicauit timore multo · alterā aut̄ re
seruauit cōsepeliri sibi · Tertiā u9 imponens
columbe auree · suspendit sup altare · Eu
bolus siquidē et cleri p̄ncipes stantes añ

portas templi uiderunt lucem intelligibilem
in templo et uiros gloriosos candidis uestes
habentes et audientes uocem psallentium glorifican-
tis deum. basilium quoque cernentes astantem.
stupefacti in uisione ceciderunt in facies su-
as glorificantes deum. Exeunte autem basilio
prostrauerunt se ad pedes eius. Interrogauit
autem causam ad se orationis et presentie eorum.
Qui retulerunt ei admirabilem uisionem
quam uiderunt in templo. Tunc basilius gra-
tias agens sine intermissione domino propter
eius mirabilia. uocauit aurifabrum et
fecit columbam ex auro puro. atque in ipsa de-
posuit ut diximus portionem. suspendens
eam super sanctam mensam in figura sancte
illius columbe que apparuit in iordane domino
baptizato. Hoc autem facto. exorsus est ser-
monem consolationis dicere ad populum. Et con-
gregata est multitudo infinita in ecclesiam.
inter quos erat et magnus abbas effrem.
de quo postea narrabimus. quoniam ex di-
uina ostensione uisor factus est beatissimi
patris nostri basilii. De hebreo qui uidit
infantem partiri in manibus basilii tempore sacrificii.

Diuinum quidem ministerium
illo agente hebreus quidam se sicut
christianus populo commiscuit. officium minister-
ii et muneris explorare uolens. Uidit
que infantem partiri in manibus basilii. et
communicantibus omnibus uenit et ipse. da-
ta que est ei uere caro facta. et inde accessit
ad calicem sanguine repletum ut uere
erat. et ipsius factus est particeps. Atque de
utroque seruans reliquias. abiens in do-
mum suam ostendit uxori sue ad confir-
mationem dictorum. et narrauit que per
prius oculis uiderat. Credens igitur ut ue-
re. quia horribile et admirabile est

+ Basilius autem sanctus perficiens. scilicet consuetam eucharistiam
uolens omnes saluare offerens. baptizauit eum cum omni
domo sua credente in domino.

christianorum misterium. in crastino uenit ad basilium.
postulans se sine dilatione accipere quod in christo est sig-
naculum.+ [illegible]

Et exeunte sancto accessit ad eum mulier-
cula prudentiam sibi postulans fieri
tamquam potente apud regionis principem. Qui acci-
piens cartam scripsit principi. Hec muliercula
pauper accessit ad me dicens. posse me apud te.
Si igitur possum ostende. et dedit mulieri cartam.
Que abiens dedit epistolam principi. Legens
quoque eam princeps. rescripsit hec. Propter uos o pater
sancte uolui misereri mulierculae. sed non potui
pro eo quod tributis subiacet. Sanctus iterum rescripsit ei.
Si quidem uolens non potuisti. bene utrumque se
habet. Si autem potens noluisti. ducet te christus ad in-
digentium chorum. ut quando uolueris non possis. Et
facte sunt ei caracteres. Non post multum namque
imperiali indignatione temptatus. ducebatur uinc-
tus. reddens iniuste passis ab eo. Tunc fit
postulator basilii. ut per orationem suam miseri-
cordem super ipsum imperatorem faceret. Quod et
factum est. Post sextam enim diem descendit signum
imperiale. liberare eum de abductione. Ipse autem
factam in se clementiam non ignorans. uenit
ad basilium gratias agens ei. Et adducens mu-
lierculam restituit ei quod debebat in duplum
de propriis. [illegible] et mor-
te apostate iuliani. iuliani

In illo tempore impius imperator pergens
aduersus persas. uenit in partes cesarien-
sium ciuitatis. Basilius autem simul cum co-
essentibus sibi obuiauit ei. Et uidens eum
imperator dixit. Super philosophatus sum te
o basili. Qui respondit ei. Uanam philo-
sopharis. Et obtulit ei pro benedictione
tres ordeaceos panes. Imperator autem misit
stipatores suos accipere quidem panes. et
reddere ei fenum dicens. Ordeum enim pa-

bulum est iumentorum quod dedit nobis recipiat
et ipse fenum. Qui suscipiens dixit ei: Nos
quidem o imperator ex hiis quibus comedimus
obtulimus tibi; tu autem ex quibus nutris
irrationabilem naturam reddidisti nobis.
Voluntaria quidem irridens non volun-
taria vero nobis in pastum fecisti hoc fenum.
Julianus denique hec audiens et in insania
factus dixit ad eum: Pastio namque illud fenum
suum ablatione dabitur tibi. Quando autem persas subi-
ciens reversus fuero, desolabo civitatem
tuam et arabo eam ut fiat tritifera ma-
gis quam hominifera. Non enim ignoro au-
daciam populo tue suasam ut a me adoratam
deam postquam eam statuerim non tantum adorationem ferens
confringerent usque in finem. Et hec dicens perge-
bat usque ad persarum regionem. Regrediens
autem in civitatem basilius et adunans
omnem multitudinem narravit eis impera-
toris iram atque consiliator fit illis optimus
dicens: Pecuniam fratres ad nichil reputan-
tes salutis vestre prudentiam facite ut si
dicium fuit tempus tyranno imperatori
muneribus eum placemus. Qui abeuntes
in domos suas que habebant unusquisque
eorum in manibus cum alacritate attulit ad eum
auri scilicet et argenti lapidumque preciosorum
infinitam multitudinem. Qui videns alacri-
tatem et obaudicionem eorum posuit ea in thesau-
rario suprascribens uniuscuiusque nomen dicens
eis: Quia protector dominus potens est et illum at-
tractare et nobis restituere propria. Statim
ergo precepit clero et omni populo civitatis cum
mulieribus et infantibus ascendere in montem
didimum in quo honoratur et adoratur dei
genitricis venerabile templum. Et tribus diebus
ieiunia sustinentes postulaverunt deum
dissipari iniqui imperatoris sensum et consilium.

Et adhuc postulantibus eis et vigilantibus in
oratione cum contrito corde vidit basilius in visu
multitudinem milicie celestis hinc et inde
in monte et in medio eorum super thronum glo-
riosam sedentem quandam mulierem habitu
et dicentem ad primos sibi stantes mag-
nificos viros: Vocate michi mercurium ut ve-
niat interficere iulianum in filium meum et dominum
tumide blasphemantem. Sanctus autem cum ar-
matura sua adveniens iussus ab ea ve-
lociter abiit. Et adunans que erat mul-
iebri habitu magnum basilium dedit ei lib-
rum habentem in historia omnem mundi fac-
turam usque dextrorsum vero hominem plasmatum a deo.
In principio autem libri suprascriptum erat: Dic. In
fine autem eius: Ubi plasmatus homo parte. Susci-
piens namque librum in presentia eius lectus est ad suscep-
tionem parte. Et continuo absque sompno factus
est sub timore et gaudio continetur. Similem
vero visionem mortis iuliani vidit ipsa noc-
te et libanius sophista cum esset cum eo in presidente
et questoris dignitatem pergeret. Expergefactus ergo
visione magnus basilius cum eubolo suo evigi-
lans venit in civitatem adiensque martirium
sancti martyris mercurii in quo ipse iacebat et ar-
ma eius conservabantur querens ea et non inveniens
vocavit custodem et sciscitabatur ab eo ubi illa
fuissent. Qui cum sacramento dicebat vespere ibi
ea fuisse ubi perpetuo conservabantur. Credidit ergo
indubitanter sententie memorabilis pater noster
basilius quia vera est visio et glorificans de-
um qui non despicit confidentes in se in festina-
tione multa et gaudio inenarrabili revertit in
montem adhuc omnibus dormientibus. Quos ex-
citans ad orationem hortatus est et in voce exultatio-
nis evangelizavit eis et deus sibi revelationem
factam quia ista nocte interfectus est tyrannus. Atque cum
omnibus gratias agens descendit rursus est in civitatem. Et

ueniens ad martirium sci mercurii inue
nit lanceam illius sanguine madidam. Et
cum omnibus iterum gratias agens deo. inpuit
cunctos uenire in magnam ecclesiam. et
participari diuine ministrationi.

Hoc autem facto.

Hec sca exaltante eo. signum non fuit
factum sicut erat solitum. moueri scilicet col
umbam. que cum sacramento dominico
pendebat super altare. semper ad exalta
tionem sci sacrificii moueri ter solens.
Et cogitante eo quid hoc esset. uidit u
num uentilantem diaconem. innuentem
mulieri inclinare deorsum. Et transponens
eum de altari. infra ecclesiam iussit custo
diri. et ita uidens sci spiritus aduentum.
hortatus est populum septem diebus ibidem in o
ratione manere. Dyaconem autem ieiuni
is et uigiliis submisit. et que ei habun
dabat ad postulantium inopiam dare
iussit. sicque diuinitatem placare et sic
audere ad sacram ministrationem accedere.
Vela etiam statim iussit appendi inst
ructoriis. precipiens de mulieribus quam forent
uelox aperiunt. inclinantes se diuina mi
steria peragente foris poni. et incommu
nicatam permanere. Populo autem et omni ple
be festiuitatem agente. usque in finem septem
dierum omnibus in ecclesia congregatis. ecce liba
nius iuliani questor fugatiuus uenit
in ciuitatem. et discens populi congregationem in
ecclesia. eo aduenit. annuncians impiam
mortem iuliani tiranni. et dicens. Quia cum
secus eufraten fluuium esset. et relicta noc
te septima excubie militum custodirent
eum. uenit quidam ignotus miles cum ar
morum uasis et lancea ualida. et terribili
impetu perfodit eum. et nusquam comparuit. Ibidem
absceder. Ipse autem miserrimus diram atque horribilem
emittens uociferationem. cum blasphemie clamore
expirauit. Narrauit et per ordinem uisionem quam
ipse iam dicta uiderat nocte. perdens quoque generibus
principis sacerdotum. postulabat se suscipere xpi sig
naculum. Quod consecutus. conlectalis factus est basilii.
Eadem quoque die preter omnibus magis [basilius.] recipere
pecuniam. Qui una uoce dixerunt. Si mortali
imperatori hec tribuere uoluimus ut non desolaret
nostram ciuitatem. multomagis xpo inmortali im
peratori oportet offerre ea. qui de tanto inte
ritu nos redemit. Ecce ergo in manibus tuis sunt
omnia. sicut tibi deus iusserit age. Admirans
fidelissimi populi magnanimitatem. tertiam partem
et nolentibus eis reddidit. et de reliqua ornauit omne
presbiterium cum ciborio. Altare ex auro puro et
gemmis preciosis decorauit. Et adducens mul
titudinem habitantium ac sanctificans sanctam men
sam .vii. diebus iussit diem festum sollempnizare.

Huius itaque presbiter chris.

Hic quidam in errore gentilium cum esset. acce
ssit ad eum dicentes. Ecce per orationem tuam ciui
tatem nostram depplandam redemisti. et templum dei
tui amplissime decorasti. superest ut et nos cer
tos facias. que sunt uirtutes dei tui. Ille autem
paucis sermonibus ostendens eis uiam salu
tis. certos que eos reddens et cathezizans bapti
zauit illos. Veniente denique sanctissima quadra
gesima diuinam illam examinem instaurationem populo
enarrauit. multam multitudinem hebreorum et etiam
gentilium offerens deo.

Veterum quidam de derelictis gentilibus
sed et arrianis accusauerunt eum ad ualen
tem imperatorem quod omousii fidem glorificans ab
hominabatur et respuebat arrianorum heresim.
Huius credens uacua quidem sententia ualens
misit deduci eum antiochiam ciuitatem. Ana
stasio uero pretore adueniente cesariam ci

ueātē· et manifesta basilio faciente pcepta ei
ab imperatore· dixit illi basilius· Et ego tibi am̄
paucos dies exspecto· qd imperator credens absq;
intellectu uiris· tres calamos contulit· uolens
chirographū meū destruere· et ueritatē obscurare·
Insensibiles autē calami nō sustinuerūt instā
bilem eius imperiū· cōstringi magis eligentes·
quā ministrare iniquo eī decreto· Et apph
ensus· antiochiā ad pfcōr ducit iudiciū. In
terrogat autē eū rei gratia nō imperatoris cōplec
tat fidem· respondit· Non mihi fiat mām ue
ritatis derelinquere· et erraticā arrianorū ma
lam gliam ul' salutare· Omousion enī fidem
a patrib; accepi· Quia autē pfect⁹ mortē ei
// fiat minar⁹ // dixit basilius· fiat mihi p uerita
te emitti de uinculis corporis· hoc enī ex mul
to desidero· Jam uos nolite deficē in pmissi
one· Prefect⁹ nāq; beati uiri instantiā et in
mutabilem sententiā notā fecit imperatori·
dicens· Victi sum⁹ imperator· uicti sum⁹·
Ulterior nimis ē uir· Integrā et inmaculatā ha
bens pseuerantiā· Imperatore g⁹ feruiente furore·
et cogitante qualiter morte illū attrectaret· cōue
nit filiū suū thelastū in egritudinē· et despa
ri a medicis· Mater autē eius imperatori res
pondens· dicebat· Sicut male disposuisti que
a deo st· et puer morit' ppter in basiliū dei sac
dotē factā iniuriā· Hec audiens imperator
uocauit basiliū; et ait ad eū· Si uera st dog
mata tua et deus in hiis gaudet· filii mei egritu
dinē p orationē tuā elimina· Qui ait· Si cre
dis imperator orthodoxe fidei· et coadunet dī
ecclie· uiuet filius tuus· Ipso autē sic pmitten
te· nō diffidens sanct⁹ basilius· in psentia eī fa
cilem pueri egritudinē fecit· Maligloriū autē
epi· cōfusionē inuictorie sue nō ferentes·
psuaserunt imperatori· nō cadē de sensu suo· sz
religiositati eorū cōmittē· et ipsos puero sani

tatē reddere· Et cōtinuo puer in manib; eorū
obiit· Ista uidēs prector· post obitū ualentis
annūtiauit imperatori ualentiniano· uirtutes ui
ri· Ille autē admirans glorificauit dm· dans ei
multā pecuniam· p ipsū prectorē in opus egentiū
et diuisit eū· Qui magnanimitatē imperatoris
suscipiens· edificauit domos beneactionales
in ciuitate· et in unaquaq; puīntia pfecture
ad refectionem egrotorum· et clausit multitudinē ui
rorum et mulierum et puerorum· multā curā et refectionē
tribuens eis· Hec audiens imperator oblationes
multas dedit ad nutrimentū eorum· cultū patinū tri
buens sacerdoti xpi· A negauit xpm

Elladius autē ipsius scīssime scripto·
memorie uisor et minister fact⁹ ab eo pfectorum mi
raculorum· et successor sedis post obitū iā dicte
memorie apostolice basilii uir admirabilis·
et omni uirtute decorat⁹ enarrauit mihi· qd sena
tor quidā fidelis nomine proterius· abiit ad scā et uene
rabilia loca· ibi filiā suā consecrare· ac in uno de
beneactionalib; domib; monasteriorum intrare·
atq; sacrificium offerre uolens· Sz ab initio ho
micida dyabolus inuidens diuine uoluntati· u
nū de seruis suis incendit ad puelle amorē·
Is autē cū fuisset huiusmodi inchoationis indignus·
et nō audens appropinquare ad ppositū· alloquitur u
nū abhominandorum incantatorum· pmittens se si
meruerit dominari ipsius puelle· multā ei tribue
re auri quantitatē· Malefic⁹ uero dixit ad eū· O homo
ego in istis nō preualeo· sz si uis mitto te ad meū
pceptorem dyabolum· ipse pficiet uoluntatē tuā·
Qui ait ad eū· Quecumq; dixeris in faciā· Et ait
ad eū· Abrenuntias xpo in scripto· Dixit ei· Etiā·
Iniquitatis autē operator dicit ei· Si in isto par ex
titeris· cooperator tibi fiā· Qui ait ad eū· parat⁹
sum· tantū consequar desiderium meū· Et faciens ma
lignitatis minister epistolam ad dyabolum· misit ad
illū habentē sensum istum· Quoniam dñe mi dñe et

Precantator oportet festinare me christianorum religionem abstrahere et tue adducere voluntati, ut multiplicetur pars tua. Misi et hunc qui presentes meas defert litteras cupiditate in puellam exarsum, et postulo eum actionem istam consequi, ut et in isto glorier et cum multa alacritate congregem placitores tuos. Et dans ei epistolam dixit: Vade sub talem horam noctis et sta super monumentum gentilis et exalta cartam in aere, et assistent tibi qui debent te ducere ad dyabolum. Qui alacriter hoc faciens iactavit miseram vocem invocans diaboli auxilium. Et continuo astiterunt ei principes potestatis tenebrarum spiritualis nequicie. Et apprehendentes deceptum cum gaudio magno duxerunt eum ubi erat diabolus. Et ostendentes illi eum ipsum sedentem in sede alta et in circuitu eius malignitatis spiritus stantes. Et suscipiens a malefico missas litteras dixit ad miserum: Credis in me? Qui ait: Credo. Et abnegas Christum tuum? Qui respondit: Abnego. Dicit ei diabolus: Perfidi estis vos christiani, et quando opus me habetis venitis ad me; quando non consequimini desiderium vestrum negatis me et acceditis ad Christum vestrum, qui est benignus ac clementissimus et suscipit vos. Sed fac mihi manu tua scriptam Christi tui et baptismatis abrenuntiationem voluntariam, et quia in me es in secula voluntariam professionem, et quia mecum eris in die iudicii condelectans mihi in perpetuis eternis suppliciis, et ego statim desiderium tuum adimplebo. Qui disposuit propria manu scriptum sicut quesitum fuit. Statim autem animarum corruptor draco tortuosus misit qui super fornicationem demones, et inflammaverunt puellam in amorem iuvenis. Que proiciens se in terram cepit clamare ad patrem: Miserere mihi pater, miserere, quia dure torqueor propter talem nostrum puerum. Miserere visceribus tuis, ostende in me unigenita tua paternum amorem et coniunge me puero quem amo. Si autem hoc non vis facere, videbis me

post modicum morientem amara morte, et sermonem dabis pro me in die iudicii deo. Pater autem cum lacrimis dicebat: Heu mihi peccatori, quid contigit misere mee filie? Quis meum thesaurum furatus est? Quis meam inquinavit filiam? Quis dulce lumen oculorum meorum extinxit? Ego celesti te volebam nubere sponso, et angelorum cohabitatricem constituere, et in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus canere deo festinabam, et pro te salvari sperabam; tu autem in amore lascivie etatis insanisti. Sine me sicut volo desponsare te deo, ne ducas senectutem meam cum tribulatione ad inferos, neque nobilitatem parentum tuorum confusione operias. Illa autem ad nichilum reputans que a patre dicebantur instabat clamans: Pater mi, aut fac desiderium meum aut post modicum morientem me videbis. Pater igitur in magna defectione factus ac immensurabilitate tristicie absortus, et amicorum consilius credulus, hortatum ei deferre voluntatem eius aut se ipsi exponere. Videns pater precepit fieri desiderium puelle ne crudeli se traderet morti. Et adduxit quesitum puerum ad ipsius filiam, dans quoque ei omnem substantiam suam dixit filie sue: Vade filia vere misera. Multum enim plangens penitens in novissimo quando nichil habes proficere. Iniquo igitur coniugio facto et dyabolica facinorositate completa, ac modico transeunte tempore designatur est a quibusdam puer non intrare in ecclesiam neque appropinquare immortalibus et vivificis misteriis. Et dicunt misere coniugi eius: Scis quia vir tuus quem elegisti non est christianus, sed paganus fit et alienus. Tenebrarum igitur et dolorum plagis repleta proiecit se in humum et cepit discerpere seipsam unguibus et percutere pectus ac clamare: Nemo non obediens parentibus salvatus fuit unquam. Quis annuntiabit patri meo meam confusionem? Heu mihi misere, in quam profunditatem perditionis descendi. Cur nata sum

innata continuo rapta non sum. Ista quoque lamentantem discens errantissimum virum eius accurrit ad eum, contendens non habere ita veritatem. Illa autem in consolatorem veniente suadibilibus eius sermonibus dixit ad eum: Si vis satis mihi facere et misere anime mee, cras mane ego et tu unanimiter eamus ad ecclesiam, et coram me percipe incontaminatorum misteriorum, et sic satisfacta ero. Tunc coactus dixit ei sententiam capituli. Continuo quoque deponens illa muliebrem infirmitatem et consilium bonum consilians illa currit ad pastorem et discipulum Christi Basilium, ad illius impietatem clamans: Miserere mihi, miserere pater, miserere mihi discipule Christi, qui cum demonibus causam egi. Miserere mihi, miserere, Christo pater non obaudiente. Et docet eum rerum gestarum ordinem. Sanctus autem dei vocans puerum sciscitatur est ab eo si ista in hunc modum se haberent. Qui ad sanctum cum lacrimis ait: Etiam sancte dei; si ego siluero opera mea clamabunt. Et enarrat ei secundum ordinem a principio usque ad finem consequentem diaboli malam operationem. Tunc dicit ei sanctus: Vis reverti ad dominum deum nostrum? Ad quem puer: Volo, sed non valeo. Dicit ei: Quare? Respondit puer: Scripto abnegavi Christum et professus sum diabolo. Dicit ei: Non sit tibi cure. Benignus est deus noster et recipiet te penitentem. Compatitur enim malitiis nostris. Et iactans se puella ad pedes sancti evangelice deprecata est eum dicens: Discipule Christi dei nostri quantum potes adiuva nos. Dicit ad puerum sanctus: Credis salvari? Qui ait: Credo domine, adiuva incredulitatem meam. Et continuo apprehendens manum eius faciensque Christi signum in ipso et orans reclusit eum in uno loco interioris sacri periboli. Et dans ei regulam collaboravit ei per tres dies. Post quos visitavit eum et dicit ei: Quomodo habes fili? Dicit ad eum: In magna sum domine defectione. Sancte dei non fero clamores eorum et terrores et iaculationes seu lapidationes eorum quia tenentes manu

scriptum meum causantur me dicentes: Tu venisti ad nos, non nos ad te. Et dicit ei sanctus: Noli timere fili, tantummodo crede. Et dans ei modicam escam faciensque super eum Christi iterum signaculum ac orans reclusit eum. Et post paucos dies visitavit eum et dicit ei: Quomodo habes fili? Dicit ei: Pater sancte a longe clamores eorum audio et minas, sed non video eos. Et iterum dans ei escam et orans, claudens quoque ostium abiit. Et quadragesimo die rediit et dicit ei: Quomodo habes fili? Respondens dicit ad eum: Bene habeo sancte dei. Vidi enim te hodie in visu pugnantem pro me et vincentem diabolum. Mox quoque sanctus secundum consuetudinem faciens orationem eduxit eum et adduxit in dormitorium suum. Mane autem facto vocavit sacrum clerum et monasteria et omnem Christo amabilem populum et dixit eis: Filioli mei dilectissimi, omnes gratias agite domino. Ecce ovem perditam debet pastor bonus in humeris reportare et offerre ecclesie. Quapropter debitum est et nos vigiliam facere nocte ac postulare eius benignitatem ut non vincat corruptor animarum. Et in hoc facto et alacriter populo congregato per omnem noctem postulaverunt dominum cum bono pastore cum lacrimis clamantes pro eo kyrieleison. Et matutine cum omni multitudine populi accepit sanctus puerum et tenens dextram manum eius ducebat illum ad sanctam ecclesiam dei cum psalmis et ymnis. Et ecce diabolus festinans cum omni pernitiosa virtute advenit et invisibiliter apprehendens puerum conabatur rapere eum de manu sancti. Et cepit clamare puer: Sancte dei adiuva me. Et tanta improbitatibus instantia aggressus est ut etiam memorabilem virum compelleret trahens puerum. Conversus quoque sanctus ad diabolum dixit: Impudentissime et animarum corruptor, pater tenebrarum et perditionis, non sufficit tibi tua perditio, qua te et eos qui sub te sunt affecisti, nisi temptes et dei mei temptes plasma? Diabolus autem dixit ad eum: Preiudicas me Basili, ita ut plurimi ex nobis audirent voces demonum hec dicentium, populo clamante kyrieleison. Sanctus autem dei ait ad eum: Increpet te dominus diabole. Qui respondens ait ad eum:

basili, prouidisti me. Non abii ego ad eum,
sed ipse uenit ad me. Abnegaui xpistum et profes-
sus sum in. Et ecce manuscriptum habeo. Et in die iu-
dicii ad commune iudicium eum duco. Sanctus dei dixit.
Benedictus dominus deus meus. Non deflectar ipsis iste
manus de altitudine celi donec reddas manuscrip-
tum. Et conuertit se et dixit populo. Erigite manus
uestras in celum clamantes cum lacrimis xpiste kyrieley-
son. Et stante populo in horam multam et extensas
habente manus in celum, ecce manuscriptum pueri
preter delatum et ab omnibus uisum uenit et
inposita est in manibus memorabilis patris nostri et
pastoris. Suscipiens autem eam et gratias agens deo
gauisus factus est ualde. Et coram omni populo dixit
ad puerum. Cognoscis litteras has frater? Qui
ait. Etiam sancte dei, manu mea scripta est. Et di-
rumpens manuscriptum basilius sanctus perduxit
eum ad ecclesiam et dignum fecit sancto ministerio
et communioni misteriorum et munerum xpisti. Et
faciens susceptionem magnam refrigerauit om-
nem populum. Et ducens puerum ac instruens, sen-
dans ei regulam decentem reddidit eum muli-
eri eius, incessabili ore glorificantem et laudan-
tem deum. De spiritali presbitero anastasio

Enarrauit nobis predictus beatus uir ella-
dius, quia in una dierum splendore diuino
illustratus sanctus pater noster et magnus basilius exiuit
de nostra ciuitate nemini dicens quo deberet pergere.
Et egrediens coram omnibus dixit nobis. Filioli mei
sequimini me ut uideatis unam meam gloriam dei
et admirationem de discipulis magistri. Postquam
ergo exiuit de nostra ciuitate communis noster pater,
cognouit et hec in uirtute sancti spiritus presbiter anastasius
et dicit nomine [illegible] mulieri, sorori autem sue
usu. Ego uado agcolari domina soror, tu surge
et orna domum tuam. Et circa horam nonam acci-
piens turibulum et ceras obuiam sancto basilio ar-
chiepiscopo. Venit enim diuina in domum nostram.

Illa autem contremiscens in admirabili dictu fecit quod
dicebat. Erat enim ipsa uirgo uenerabilis conuersans
quadraginta transiens annos cum habitatore suo
conuersantes multum, qui uidua ostendebantur hominibus.
Obuians autem nobis cum decente uenerabilitate
et debitam adorationem tribuens primo quidem benedicitur
a sancto patre nostro et postea dicit ei. Quomodo habes
domina theognia? Que expauescens inuocatione nominis sui
dicit ei. Bene sancte dei. Dicit ei sanctus pater. Ubi est
dominus anastasius presbiter frater tuus? Dicit ei. Vir
meus est domine et abiit agcolari. Qui dixit. In domo
tua est, noli timere. Expauescens ergo mulier in illo
isto et inuocatione nominis sui et quia dixit eam
dicere nostri patri mulierem quidem esse nomine, sororem autem
usu, in stupore facta, tremore comprehensa, cecidit
in terram clamans et dicens. Sancte dei ora pro me peccatrice
quia magnas et admirabiles uideo in te causas. Et
faciens super eam orationem coram omnibus dixit ei. Ex-
tende pannum inter brachia tua. Et cum extendis-
set iussit effundi carbones de thuribulo in pan-
num et superponens incensum ambulabat precedens
nos. Et uenientibus in domum presbiteri obuiauit
nobis et ipse et osculatus est honoratos pedes patris
nostri. Dans quoque ei in domino salutem dicit presbiter. Unde
mihi hoc ut ueniat sanctus domini mei ad me. Et dixit
ei pater noster. Bene te inueni discipule xpisti. Unde facia-
mus sanctum ministerium. Erat enim et ipse presbiter ieiu-
nans per singulos dies extra sabbatum et dominicam, nec
tangebat quidquam nisi panem et aquam. Et euntibus
nobis ad ecclesiam precepit presbitero ministrare.
Qui ait ad eum. Sicut didicisti sancte dei, minor a
maiore benedicitur. Dicit sanctus pater noster. Domine
anastasi, cum omnibus uirtutibus tuis habe et obedientiam.
Et satisfaciens fecit ad sanctum ministerium. Et ipse ex-
altationis uiuifici corporis domini nostri ihesu xpisti uidit
sanctus dei et quidam de dignis spiritum sanctum descenden-
tem in uisione ignis et circumdantem presbiterum ac
sanctum altare. Communicantibus autem nobis et gratias

agentibus; duo abiuimus in domum presbiteri. Et accipientes escam, dixit ei sanctus dei: Enarra mihi unde est thesaurus iste et que est uita tua. Dicit ei presbiter: Ego sancte dei sum peccator, dictus publicus tributis, habens iuga boum duo. Vnum quidem ego mino, alterum uero mercennarius meus. Et unum est ad ministrationem peregrinorum, alterum uero ad ministrationem uectigalium. Et est ancilla mea ista mulier mea, ministrans pauperibus et mihi. Dicit ei sanctus: Voca eam sororem tuam sicut et est, et dic mihi uirtutes tuas. Dicit ei presbiter: Non possideo quicquam boni super terram, et alienus sum ab omni uirtute. Et dicit ei communis pater noster: Surge et abeamus simul. Et duxit eum ad unam de cellulis eius, et dicit quoque ei: Aperi mihi ostium. Et dicit ei presbiter: Non sancte dei, non uideas introire, quia necessaria sunt domus. Dicit ei sanctus: Et ego in ista necessaria ueni. Nolente igitur presbitero, aperuit claue ostium sermone aperuit (?) ille memorabilis pater noster. Et introiens inuenit ibi uirum leprosum, defluxum pluribus corporis membris, et nemo sciebat eum ibi esse nisi presbiter et eius soror. Dicit sanctus pater noster presbitero: Cur uoluisti occultare thesaurum tuum istum? Dicit ei presbiter: Furiosus est domine et iniuriosus, ideo quoque timui ne forte laberer in sermone. Dicit ei sanctus: Bonum certamen certasti in illum, sed sine me nocte ista ministrare, ut et ego per te mercedem suscipiam. Et sinentes sanctum cum leproso in cellula, nil ualentem neque uocem habentem ad loquendum pre pressura passionis, claudentes quoque ostium abiuimus. Medicus autem caritatiuum faciens super eum orationem per totam noctem, postulans dominum qui omnem infirmitatem et omnem languorem sanat, sanauit eum. Dicit igitur nobiscum degens presbiter: Gloria tibi deus qui fecisti uoluntatem timentium te, deprecationem eorum exaudiens. Ecce enim medic-

infirmum fecit sanum. Et continuo sanctus clamauit ad ostium, et inuenimus leprosum non habentem maculam in corpore, sed puritatem expresse et glorificantem deum. Hoc autem sancto miraculo uiso sumus in ciuitate nostra cum gaudio laudantes et benedicentes dominum. Amen. De beato

Fratres, enarrationem patris nostri Effrem uolo facere de basilio memorabili. Et effrem Siro que sunt apud deum et patrem nostrum uisione quidem et de sanctis, et non mentiente ore eius audiui. Est autem sic. Effrem memorabilis cum esset in heremo quadam splendorem sancti spiritus illustrante, uidens quendam de amatoribus eius, et interrogante discens mirabilia opera beati patris nostri basilii, tunc in immissione postulabat reuelari sibi qualis esset magnus basilius. In extasi igitur factus uidit columpnam ignis cuius caput pertingebat celum, et uocem desuper dicentem audiuit: Effrem, effrem, quemadmodum uidisti columpnam istam ignis, talis est et magnus basilius. Et continuo accipiens interpretem, eo quod nesciebat loqui grecam linguam, uenit ad magnam ecclesiam magni nominis Cesaree. Perueniens quoque in ipsa sancta festiuitate sancte theophanie, et introiens clam, uidit procedentem in ecclesiam magnum basilium, et dicit sequenti se: In uanum laborauimus ut suspicor frater. Iste enim in tali ordine cum sit non est quemadmodum uidi. Vidit eum indutum stola candida, et qui circa eum erant sacrum clerum candidiferum. Et procedente eo sanctus in loco occulto ecclesie despiciebat per huiusmodi mala (?) dicens secum: Nos qui portauimus pondus diei et estus nichil consecuti sumus. Et hic in tali cum esset consistentia et honore humano, columpna ignis est? Miror. Ista igitur eo [sic] complacente, intuens sanctus archidiaconum suum dicens: Vade circa portam occidentalem, et in angulo ecclesie inuenies Effrem habentem cucullam cum altero quodam cum barba pusillum et rectam de multitudine eius, et dicens ei: Abi intra in presbiterium, uocat te pater tuus archiepiscopus. Et discedens uos Effrem per interpretem.

que dicebant respondit dicens. Gratia fiat nos peregrini sumus. Et abiit archidiaconus retulit beato ista. Magno autem basilio sacros libros legente. uidit effrem sanctus linguam igneam loquentem per os eius. Et dicit sanctus archidiacono. Vade et dic ei. Domine effrem alla intra in presbiterium. Obstupuit autem in istis sanctus glorificans dominum. Et genuflectens respondit dicens. Vere magnus basilius. uere columpna ignis basilius. uere spiritus sanctus loquitur per os eius. Postulauit archidiaconem excusare se. ut magnus post misterium in secretario salutaret eum. Intrans itaque post completionem misterii basilius magnus in secretarium uocauit sanctum effrem. et in domino salutationem reddidit ei dicens. Bene uenisti qui multiplicasti discipulos christi in ipsius ecclesia more seminati in christo. In quibus laboriis pater uenisti uidere peccatorem hominem. det tibi deus mercedem secundum laborem tuum. Et respondens ei honorificentissimus effrem. et perdicens omnia que in corde eius erant occulta. simul cum consessente suo alle. communicauit de sanctis manibus eius. Et faciente eo caritatem dixit sanctus effrem. Pater honorificentissime unam postulo gratiam apud te. annue eam dari mihi. Qui ait ad eum. Alla dic que uidentur tibi. Multa enim tibi debeo maxime pro labore tuo ad meam presentiam. Dicit ei honorificentissimus effrem. Scio pater sancte quod quecumque postulaueris a deo. tribuet tibi. et uolo ut deprecieris dominum quatinus loquar grece. Qui ait. Super uirtutem meam postulasti. Sed quia fideliter postulasti. ueni pater honorificentissime. theremi magister. postulemus dominum. Potest enim facere uoluntatem tuam. Scriptum est enim. Voluntatem timentium se faciet. et deprecationem eorum exaudiet. et saluos faciet eos. Et facientes orationem in multam horam resurgentibus eis dixit magnus basilius. Cur domine effrem non accipis ordinationem presbiterii. quod decet te. Dicit ei per interpretem sanctus effrem. Quia peccator sum. Respondit ei sanctus. Utinam peccata tua ego habuissem. Et dicit ei. flectamus genua. Et iacentibus eis in humo posuit manum in sanctum effrem magnus sacerdos. et dixit que sunt diaconi. Et dixit ei. Alla surge nos fac. Apta autem lingua eius dicit sanctus effrem greca lingua. Suscipe salua miserere et custodi nos deus gratia tua. Tunc impletum est quod scriptum est. Tunc saliet sicut ceruus claudus. et apta erit lingua mutorum. Et loquente eo grece in ipsa hora glorificauerunt dominum omnipotentem. exaudientem postulationem deprecantium se. Et spiritualiter letantes per tres dies. atque ordinans sanctus sacerdos interpretem diaconem. ipsum uero presbiterum. dimisit eos in pace glorificantes dominum in omnibus que audierunt et uiderunt sicut locutum est ad eos.

De ualente [illegible]

Post a nobis profectionem ualentis do codibus. aut apostate iuliani cum aduenit gloriosam constantinopolim. et cursum faceret per niceam ciuitatem. accesserunt ad eum arriani heresiarche postulantes preceptum fidelissimum dei populum de sancta eius catholica et apostolica ecclesia. tirannice et dari illis. Tiranni itaque et indigni purpura abhominande eorum cum fuisset heresis patronus. ad illud annuit eis. et manu militari eiciens fidelem populum dedit ecclesiam arrianis. In defectione autem cum fuissent. omnes populi deprecabantur dominum nocte et die. non fieri ecclesiam eius collatorum hereticorum. Quapropter apprehendit ipsam nicenam ciuitatem communis suffragator ecclesiarum basilius. et abiit ad eum omnis multitudo orthodoxorum clamans et annuntians factam in eos iniquitatem imperatoris. Qui ait ad eos. Nolite flere filii carissimi. non enim dimittet dominus hoc in fine fieri. Sed longanimes estote. et expectate misericordiam eius. Intrante autem eo constantinopolim. uidit ualentem dixit ad eum. Imperator scriptum est. Honor regis iudicium diligit. Et sapientia dicit. Iudicium regis iustitia. Et cur tamen dignatum est imperium eicere orthodoxos de ecclesia eorum et constituere

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF



TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007